



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus


Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, in Deo solo. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)



# PARADISUS,

*In Dœo Solo.*

LXI.

*In Deo solo, qui est summa infinitas.*

**Q**uid Deus in seipso est omnia, idèò in omnigenitio dicit infinitatem. Infinitatem Essentiam  
unde est sufficientissimus: infinitatem intellectus, unde  
est sapientissimus: infinitatem in voluntate, unde est potenter  
beatissimus: infinitatem in actione, unde est potens  
simus: infinitatem in loco, propter impenetrabilitatem  
infinitatem in tempore, propter eternitatem: & in  
reliquis quibus attributis & perfectionibus suis. Quod  
propter de anima, quæ gaudet in cœlis, dicitur  
**S. Bern.** de Nulla interveniente creaturâ, sola beata Deo, beatitudine  
consider. essentiali, propter solam Dei, non creaturarum, con-  
sionem.

LXII.

*In Deo solo, qui est omne obiectum potentie  
intellective.*

Tres dantur Beatorum cognitiones, juxta D. Aug.  
**S. Aug.** in statum: Vespertina, Matutina, & Meridiana. Prima  
Gen. c. 15. cognitio creaturarum in seipsis: secunda est cog-  
**Cornel.** in nitionem creaturarum in Deo: tertia est cognitio Dei in ipso Dei  
Gen. 6. seu in seipso. Quia vider Deum, in quo omnia crea-  
nuntur, & in quo omnia videntur. Ac propter eam  
dixit Deus Patriarchæ Abraham: Ego ero mercator  
Gen. 15. magnanimus. Ac si voluisset dicere: ego solus, & non  
alius ero perfecta merces tua, sufficiens undequeque  
facere felicem beatumque.

LXIII.

## LXIII.

*In Deo solo, extra quem, quicquid est,  
nullum est.*

Quia neque in terra, neque in cœlo reperitur aliquid  
extra Deum, quod satisfaciat & quietet. Et hæc Regij  
Prophetæ mens erat & sententia, quando dicebat: *Quid Psal. 72.  
mihi est in cœlo, & tu quid voloris super terram?* Nulla  
prosperitas datur creatura, neque in cœlo, neque in terra,  
quaer cor meum explore valeat: propterea Deus cordis  
mei, & pars mea Deus in aeternum: solus Deus, qui cor  
meum condidit ac creavit, illud exaltare potest: neque  
ulli alteri, nisi soli Deo competit hoc nomen: *Deus cordis  
mei, Deus centrum, quies, & gaudium cordis mei.*

## LXIV.

*In Deo solo, qui est primum principium &  
finis ultimus.*

*Inquietum est cor meum, donec perveniat ad Deum.*  
Unde meritò S. Thomas interrogatus, quam mercedem  
peteret, respondit: *Nihil, nisi te, Domine.* Et volebat  
dicens: nullam aliam, praeter te, volo ac peto mercedem:  
toto dona; sed volo Donatorem: *volo te, & non tua,*  
cum tu solus sis meum primum principium, & ultimus  
finis. Siquidem Deus solus est finis desideriorum nostros. *S. Aug. de  
rum qui sine fine videbatur, sine fastidio amabitur, sine fa- civit. li. 20.  
tigatione laudabitur.*

v. 30.

## LXV.

*In DEO Solo.*

*Soli Deo honor & gloria.* Quia Deus solus in merito *i. Tom. c. I.*  
gloriar, solus, qui sit beatut, solus, qui alios faciat bea-  
tos: solus & solitarius in medio hominum, solus in  
medio Angelorum, solus in medio Sanctorum. *Quia D Tho. i. p.*  
*solitudo non tollitur per associationem alterius, quod est ex. q. 31. a. 30.*  
*trinsecus natura, veluti sunt creature comparatione Dei.*

Ita

Ita dicitur de homine, quod solus sit, & moretur in horum  
ramet si plurimæ adhuc plantæ, ac diversa animalia  
Solus igitur est Deus meus in Mondo, quia nulla in eo  
reperitur creatura, quæ ei comparetur. Solus ad extra  
at non solus ad intrâ, quia fœlicissima ac Divina gaudi  
societas trium Personarum Divinarum, solis omnium  
rum relationibus; sed identificatarum in eadem esse  
& Natura. Imitemur nos quoque Deum in solitudo  
cordis nostri: quia, ut diximus Tomo primo,

*S. Chrysost.* potest, ut medias urbes in tumultibus inhabitari  
Tom. I p. 1. simus. Quod fit, Divinas, ut docet Nazianzenus  
de presenti. Species nullis terranis formis permisitas in se circumfusæ  
Dei S. Gre. non aliud, nisi Deum in corde gestando: & ad im  
Naz. I cit. tationem S. Patriarchæ Ignoti, omnes nostras cogitationes  
ibidem. verba, opera in Deum, tanquam in finem, referunt  
ad Deum, Deique gloriam honoremque definendo:  
cunctis quoque actionibus & operibus nostris, q  
cunque momento & tempore, ore circumferendo  
fata verba: Soli Deo honor & gloria. Totum redi  
in solam Dei gloriam, quæ sit tota nostra conveniens  
in terra, donec ecclîa incolæ evadamus &  
cives. Amen.

*Laus DEO, Beataque Virgini Mariæ*

